



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput III. Statuuntur casus Simoniaë obnoxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

CAPUT III.

Sentuntur casus Simonie obnoxii.

Committitur simonia; Primò quando datur temporale pro beneficio tanquam *motivum* conferendi illud, vel è *contra* quando datur hoc modo beneficium pro re temporali. Quia dare Collatori munera, quibus inducatur sive moveatur ad dandum beneficium, est illud dare ex pacto saltem implicito, adeoque æquivalenter emere illud: sicut qui muneribus movet judicem, ut ferat iniquam sententiam, dicitur emisse sententiam, ita qui dat munera Collatori, &c. dicitur emisse beneficium. Intelligendo autem sunt hæc de illis muneribus, quæ sunt alicujus valoris, & quæ apta sunt, ut alterum inducant ad dandum beneficium, non verò quæ leviter animum Patroni aut Collatoris, &c. inducere possunt: qualia sunt v.g. quædam esculenta aut poculenta non magni valoris. *Vid. sentent. ab Inn. XI. damnatas n. 45. Item Carænam, dissert. 27. cap. 2. n. 23.* Secundò quoties datur temporale

Simoniacū est dare temporale pro beneficio tanquam motivum conferendi illud, vel è contra.

Quid si datur munera non magni valoris.

Item dare

G porale

etiam
datur
adum
onen-
pone-
parare
jure
odo a-
oterit
retiu,
sicut
tium,
huic.
pretio
ipsum
n pro
que si
nomin-
vel ut
ullum
Quia
limere
m. Ec-
etur ei
oro eo
, nut-
en-

APUT

temporale pro beneficio tanquam gratuitam compensationem vel e contra

porale pro beneficio, etiam tanquam gratuita compensatio, vel e contra beneficium tanquam gratuita compensatio pro temporali.

Quia hujusmodi donationes, utpote habentes suspicionem & speciem mali, puta, turpis avaritiae, sive contractus simoniaci, sunt indecentes adeoque illicitae respectu rei spiritualis. *Vid. cit. & damnatas sentent. n. 45.* Interim non erit simoniacum servire v. g. Episcopo, &c. propter mercedem temporalem, tanquam finem principaliter intentum, secundario autem, cum spe obtinendi aliquod beneficium. Nam quod fit in hoc casu, fit propter beneficium tanquam finem minus principalem & indirectum ac omnino liberè conferendum. *Card. diss. cit. c. 6 n. 108.* Quòd si tamen hujusmodi donatio verè ex animo grato & sponte fiat maxime post obtentum beneficium, & ut talis acceptetur, non videtur esse illicita. Dixi post obtentum, nam ante obtentum beneficium non facile aliquid datur sponte, & facile sibi persuadet cupiditas dari sponte, quod coactè offertur. Ratio prioris est, quia cessat patetio ad simoniam requisita, imò etiam

Quid si serviat Episcopo propter beneficium tanquam finem minus principalem.

Quid si donatio fiat sponte & ex animo merè grato.

Quia hujusmodi donationes, utpote habentes suspicionem & speciem mali, puta, turpis avaritiae, sive contractus simoniaci, sunt indecentes adeoque illicitae respectu rei spiritualis. *Vid. cit. & damnatas sentent. n. 45.* Interim non erit simoniacum servire v. g. Episcopo, &c. propter mercedem temporalem, tanquam finem principaliter intentum, secundario autem, cum spe obtinendi aliquod beneficium. Nam quod fit in hoc casu, fit propter beneficium tanquam finem minus principalem & indirectum ac omnino liberè conferendum.

Card. diss. cit. c. 6 n. 108. Quòd si tamen hujusmodi donatio verè ex animo grato & sponte fiat maxime post obtentum beneficium, & ut talis acceptetur, non videtur esse illicita. Dixi post obtentum, nam ante obtentum beneficium non facile aliquid datur sponte, & facile sibi persuadet cupiditas dari sponte, quod coactè offertur. Ratio prioris est, quia cessat patetio ad simoniam requisita, imò etiam

Card. diss. cit. c. 6 n. 108. Quòd si tamen hujusmodi donatio verè ex animo grato & sponte fiat maxime post obtentum beneficium, & ut talis acceptetur, non videtur esse illicita. Dixi post obtentum, nam ante obtentum beneficium non facile aliquid datur sponte, & facile sibi persuadet cupiditas dari sponte, quod coactè offertur. Ratio prioris est, quia cessat patetio ad simoniam requisita, imò etiam

iam

iam species pactionis simoniacæ.
Ex quo rectè sequitur, neque eum
fore simoniacum, qui etiam ante
obtentum beneficium præviè di-
ceret: exhibebo me tibi gratum,
sive ero tibi gratus, aliud nihil his
verbis significando, quàm solam
obligationem suam antidoralem,
sive remuneratoriam, ex mero
gratitudinis debito ortam: cui po-
stea liberum erit per quidvis satisfacere,
pro suo libitu in signum
grati animi, à se spontaneè redonandam:
sive, ut clariùs loquar, nihil aliud his
verbis innuendo, quàm se, citra omnem
obligationem, pactum, aut promissionem
etiam implicitam, ex mera gratitudine,
sponte ac liberaliter daturum aliquod
vel temporale, vel spirituale pro suo beneplacito,
nihil certi in specie, aut in particulari
determinando; ita, ut liberum sit, quocun-
que dono antidorali exolvere debitum
gratitudinis, à Deo & natura nobis
commendatæ. Verùm, quia hæc verba:
ero tibi gratus, nisi sincerè, & in sensu
jam dicto proferantur: communiter, &
ex communi loquendi modo plus
significent, quàm solam obligationem
antidoralem, hoc est, illam,

Quid si quis
diceret
præviè: ero
tibi gratus.

quæ ex solo debito gratitudinis enascitur ; cui per quodcunque donum ad libitum remunerantis satisfieri potest : Hinc videntur continere pactum saltem implicitum, ad dandum munus, sive donum pecuniarium, valori beneficii, quod petitur aut datur, utcunque correspondens. Quod exinde satis evidenter conjici posse arbitror. Quia si is, qui scitur dixisse, se fore gratum, obtento deinde beneficio, solum offerat exiguum & aliquod munus, aut dicat se orasse, ac deinceps oraturum pro benefactore, passim acrem patietur exprobrationem ; & ubivis ingratus proclamabitur. Adde, quod sint, qui audeant per tertium emonere, & quodammodo exigere gratitudinem pecuniariam sibi promissam. Quæ sanè non fierent, nisi prædicta verba : ero tibi gratus, acciperentur, tanquam ex pacto, aut promissione obligatoria ad dandum munus pecuniarium, valori beneficii utcunque æquivalens. Unde cautè his verbis utendum esse censeo *cum Less. in auctario V. Simon. cas. 6.* nec in alio, quàm sensu licito, suprà insinuato, unquam usurpanda : ne vergant aliquando in propriæ

propriæ

propriae animae exitium; cujus im-
mensum pretium præclare expri-
mit *D. Ber. c. 3. medit.* his verbis:
*Totus quidem iste mundus ad unius
anima pretium aestimari non potest.
Non enim pro toto mundo animam
suam Deus dare voluit; quam pro
anima humana dedit. Sublimius est
ergo anima pretium, qua non nisi
Sanguine Christi redimi potuit.*
Tertiò quando datur vel accipitur
beneficium, propter temporalem
Clerici sustentationem tanquam
finem & motivum principaliter
intentum. Quia qui in re spirituali
primariò & principaliter respicit
commodum temporale, non abs-
que vilipensione rei spiritualis,
temporalitatem, sive id, quod in ea
temporale est, pluris aestimat, quàm
spiritualitatem, adcoque hoc quod
in ea spirituale est, temporali vilius
reputat. *Vid. sentent. damnat ab
Innoc. XI. n. 46. Fateor quidem
cum Carden. diff. 27. cap. 1. n. 91.*
in casu modò dicto non committi
simoniam propriè dictam. Quia
nulla hic, ut patet, aut formalis aut
æquivalens intervenit pactio: sed
potius committi irreligiositatem
quandam contra reverentiam re-
bus spiritualibus debitam. Dici

Dare vel
accipere
beneficium
principaliter
propter
sustentatio-
nem tempo-
ralem,
si nomen
simoniae la-
tius acci-
pias.

Quid si de-
tur secun-
dario pro-
pter susten-
tationem.

nihilominus poterit, in sensu lo-
quendi latiori, committi simo-
niam; partim ob affinitatem, quam
habet ratione vilipensionis rei spi-
ritualis cum simonia: partim ob
modum loquendi Rhetoricum,
quo per Synecdochen species po-
nitur pro genere. Non est tamen
illicitum dare vel accipere propter
sustentationem tanquam finem
minùs principalem & secunda-
rium. Quia hinc in rem spiritua-
lem nulla redundat vilipensio,
cùm ipsum beneficium eo quoque
fine sit institutum, ut serviat Bene-
ficiato ad sustentationem propter
officium spirituale, quod præstat
Ecclesiæ. Pro quorum pleniore
intelligentia notandum, beneficii
cujusvis esse duplicem finem in-
trinsecum, ad quem ordinatur,
unum principalem, estque com-
modum spirituale, quod per sacra
ministeria & officia à Beneficiato
præstanda redundat in Ecclesiam;
alterum minùs principalem, & est
commodum temporale, sive su-
stentatio Clerici, quæ in utilita-
tem ipsius Beneficiati cedit.

Vid. Card. diff. cap. 5.

art. 1.

CAPUT